1517. in Glo:

E Sigismundus Erbasztyn. De quo vide in ipsius oper de Rebus Moschov. fol. 140



Sigismundus Primus Rex Poloniæ Fabiano Episcopo Varmiensi —

Reverende in X^to^ Pater, sincere nobis dilecte. Rediit ex Moschovia Nuntius Cæsareæ M^tis^, sed nihil nobis illinc attulit, nolente Ill^o^ Duce, ad eas conditiones Pacis vel Induciarum consentire, quæ fuerunt Illi per Ipsam Cæsaream M^tem^ oblatæ. Itaque accingimus nos, cum Subditis nostris ad bellum, ut Illius temerarios conatus, auxiliō Dei et Justitiā nostrā coerceamus, et non sinamus nobis, vel dispendium, vel levitatem aliquam ab eo inferri. Non ambigimus eum, ab Ordine Cruciferorum confirmari et incendi, quod viderit Deus. Itaque postulamus à Vestra P^ide^, ut advertat omnia, quæ agunt et moliuntur, et disquirat quantum potest eorum institutum, et spes quibus nituntur, nosque diligentissimè reddat certiores. Factura Officium suum et nobis rem valdè gratam, et necessariam. Quæ benè valeat — Dat^m^